Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

unus rex et sacerdos. utroq; munere unus xps. et ideo xps christus dicitur; non solum autem
caput nrm unctus est. sed et corpus eius nos ipsi, per aurem est. quia nos regit et ducit. sa
cerdos. qui pro nobis interpellat; et quidem ille solus sacerdos. talis existit. ut ipse est et
et iam sacrificium obtulit. do non aliud quam seipsum; non enim inuenit et praeter se mundis
simam rationalem uictimam tamquam agnus immaculatus fuso sanguine suo redimens
nos concorporans sibi; faciens nos membra sua. ut in illo et nos xps essemus. ideo ad
omnes xpianos pertinet unctio prioris: autem ut et ante fuit tempora temporis: ad duas
solas psonas pertinebat; Unde autem apparet xpi corpus nos esse. quia omnes ungimur
et omnes in illo et xpi et xpssumus. quia quod ammodo totus xps caput et corpus est; ut
ista pficiet nos spiritaliter in illa aura quae nobis promittitur; Est autem hic uox
desiderantis illam auram. est uox quaedam desiderantis gratiam dei. quae in nobis
in fine pficietur; ideo dictum est. priusquam liniretur; Ungimur enim modo in
sacramento ipso; praefiguratur quiddam quod futuri sumus. et illud nescio.
quid futurum ineffabile desiderare debemus; et in sacramento gemere. ut
mereamur gaudeamus. quae sacramento praemonstratur. ecce quid dicit.
Dns inluminatio et salutaris meus. quem timebo; Ille me inluminat. recedant
tenebrae; ille me saluat recedat infirmitas. ambulans in lumine
firmus. quem timebo; non enim talem salutem dat ds. quae aliquo
possit extorqueri aut tale lumen est. quod aliquo possit contenebrari;
Dns inluminans: nos inluminat ds saluans nos saluat; ergo ille inluminat.
nos inluminat et ille saluans. nos saluat praeter ipsum. nos tenebrae et infir
mitas; habentes autem in ipso spem certam et firmam et uerum quem timebi
mus; Dns inluminatio tua dns salutaris tuus; in eum potentiorem et tumui:
ad potentissimum omnium omnipotentem sic praeter ut et inlumine me. et
salue me: nec timeo aliquem praeter ipsum; Dns protector uitae meae:
a quo trepidabo; Dum adpropinquant supmenocentes. ut edant carnes
meas; Qui tribulant me et inimici mei ipsi infirmati sunt et ceciderunt;
Quia ego quid timebo in quem timebo. ego quid trepidabo. aut a quo
trepidabo; qui me persequuntur ipsi infirmantur ipsi cadunt. Quare
autem persequuntur. ut edant carnes meas; quae sunt carnes meae.
carnales effectus mei; seuiant persequendo nihil in me mortitur. nisi
mortale erit in me aliquid quod persequitur perire non possit; Ha
habitat ds meus manducent carnes meas. finitas carnis: spsero et
spiritalis; et quidem tantam salutem mihi promittit dns meus. ut
et iam modo ista caro mortalis quasi dicit permittit manibus persequentium.